



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 45. Borromæi Cardinalis literæ hanc in rem ad Legatos, & speciatim ad  
Moronum perscriptæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Acceptis hisce literis summus Pontifex die octava Maji suis Legatis hunc in modum rescribere statuit: „Regi Catholico mirum videtur, ab Oratore suo locum aliquem in sessionibus, & in Conventibus tam diu non concedi, unde instanter petit, ut vel admittatur, vel omnino rejiciatur: ast rationi consentaneum censeo, ut ratio de tanto Principe habeatur, aliquo invento moderamine, cui acquiesceret, ita ut nullum detrimentum causæ partium inferatur, sive jus, seu possessionem spectaret. Ceterum honestus mihi, & congruus videtur locus ille tertius, quem vobis significo in exemplari ad vos misso, nec mihi persuadere possum, merito Gallos de eo conquiri posse: ideo hæc mea est mens, ad quam exequendam utimini moderatis rationibus, quas idoneas putaveritis ad opus, quoad fieri potest, quiete conficiendum: sed quocunque alio eventu sinatis contestari quemlibet, & quod ipsi liberet, peragere, dummodo ea jussio opere compleatur.

## §. XLV.

*Borromæi Cardinalis literæ hanc in rem ad Legatos & speciatim ad Moronum perscriptæ.*

R 4

Præter

Sæcul. XVI.

A. C. 1563.

Pallav. l. 21.

c. 1. n. 6.

Sæc. XVI.  
A. C. 1563.

Ep. Borr.  
ad Legat.  
12. Maji  
apud Pall.  
6. 1. 11. 7.

Præter hanc Pontificis epistolam alia existat a Borromæo Cardinale arcanis itidem notis ad Legatos perscripta, in qua iisdem hæc exponebat: „petit Pontifex, ut mandatum illud „occultetur, donec adsit tempus illius „exequendi, & tunc id improvise „fiat: si vero Galli non acquiescerent, „sed vellent contestari, aut etiam a „Synodo discedere, ea omnia potius „permittenda sunt, quam ut injunctum „opus omittatur.

Hæ literæ omnibus Legatis erant communes, aliæ tamen ab eodem Cardinale jussu Pontificis Avunculi sui ad Moronum Legatum exarratæ fuerunt, quibus tanquam rem admodum secretam hæc significabat Borromæus: „Avila, & Vargas ambo apud Pontificem Hispaniæ Regis Oratores eidem schedulam tradiderunt ab ipsis suscriptam, atque utriusque sigillo munitam, qua Regis nomine pollebantur, Regem arma semper sumptuum, objecturumque vires, ditiones, & seipsum, ad propugnandam, augendamque Pontificis, sanctæ Sedis, & Catholicæ fidei auctoritatem, id vero tibi significari, jubet Pontifex, ut intelligas, non absque prævalida ratione eum adductum esse ut Hispaniæ Regi satisfaceret: „Hæ literæ per specialem tabel-

tabellarium missæ pervenerant ad Legatos die duodecima Maji: cum vero ea, quæ Borromæus significabat, arcanis notis conscripta essent, eapropter Moroni reditum expectare oportebat, ut occultæ hæ notæ explicari possent: cum autem aliquis ea, quæ in hisce literis contenta erant, Lansaco subobscurè significaret, hic in furias agebatur, postquam tamen totius rei veritatem plenius edocebatur, iram suam posuit.

Sæcul. XVI  
A.C. 1563.

§. XLVI.

*Vicecomitis colloquium Taurini cum Ferrariensi Cardinale.*

Interea Vicecomes Ferrariensem Cardinalem accedere jubebatur, ut circa Synodi negotia juxta Pontificis voluntatem serio cum eodem conferret, quapropter Taurinum, quo Cardinalem venturum sperabat, die undecima Maji contendit: ubi in primo colloquio Ferrariensis Cardinalis Vicecomiti spondens, se protinus Lotharingium Cardinalem accessurum, illumque eo inducturum, ut celeri itinere in Gallias reverteretur, ibique sollicitudinem suam impenderet, ut Synodus ad Ecclesiæ gloriam, & fidelium utilitatem breviter absolveretur. (\*)

Pallav. c. 2.  
n. 1.  
Visconti to. 1  
letr. 32. p.  
283. 85 tom.  
2. p. 5.  
Sarp. l. 8.  
p. 886.

§. XLVII.

(\*) Addit Pallavicinus hæc verba: *ut affirma*